



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Continens Doctissimas Svper Varios Veteris Testamenti Libros
Quæstiones, Et Commentaria In Psalmos Davidis - Vna Cvm Vocabvlorvm
Psalterii Expositione: De Templo Salomonis, Et Sex Dierum Creatione:
Commentarivm Item In Boethii Librvm De Sanctissima Trinitate, Aliosqve
Piissimos Tractatvs De ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Meditationes paßionis Christi per septem diei horas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72069)

proprio sanguine me redemisti. Et sicut tu dixisti, scio, scilicet salutem animarum sanctarum, quæ in limbo erant, advenum tuum expectantium; fac ut ego semper sciam te diligere fontem aquæ viventiæ, fontem æternæ lucis, & ut toto corde desiderem te. Et sicut tu dixisti, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: fac ut in hora mortis meæ perfectè & liberè possim dicere tibi, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Recipe me venientem ad te, quia non constitui certum tempus vitæ meæ: & sicut tu dixisti, Consummatum est, quod significat & dolores, quos pro nobis miseris peccatoribus susceperas, jam finiri: fac ut in egressu animæ meæ audire valeam illam dulcissimam vocem tuam, Veni anima mea dilecta, quia jam disposui penurias tuas consummare: Veni ut mecum conscendas cum sanctis & electis meis in regno meo epulari, jocundari, & commorari per infinita secula seculorum, Amen.

**VENERABILIS BEDÆ
PRESBYTERI DE
TATIONE PASSIONIS CHRISTI
per septem diei horas libellus**

P R A E F A T I O.

SERIES in die laudem dicitur tibi. Rogasti me, ut aliquemunque modum meditandi in passione Dei monstrarem tibi secundum septem horas diei, quia super omnia hæc dicebas desiderare te, ut posses frequentem habere memoriam ejus, qui pro te voluit multa pati, idcirco ejus amore & adjutorio subsisti, prout brevius & melius potui, scripsi quæ devotissime postulasti, non omnia exponendo, sed multis tangendo rationes, quas tibi exponendas & perficiendas reliqui. Anima enim contemplativa & spiritualis de paucis extrahit multa, & anima rudis, & carnalis de multis significat pauca. Quapropter quoque scias, quod si hæc scientia, quæ super omnes scientias est nobilissima, volueris proficere, cum magno studio oportet te abstinere a cibo deliato, & potu immoderato, & ad necessitatem parcentius sumere de utroque: oportet etiam, ut a multiloquio caveas & latitiam vana & inerta. Non enim decet, qui vult Christi dolorem sentire, verbis & rebus lussuriis, & in gaudio vano se inutiliter occupare, ut breviter dicam, & sollicitudine temporalis & delectatione carnali seu consolatione: etiam oportet cum multa diligentia cogitare, quæ non convenit consolatio carnalis & contemplatio Dominicæ passionis. Necessarium etiam esse, ut aliquando ista cogites in contemplatione tua, ac si præsens tui temporis fuisset, quando passus fuit. Et ita te habes in dolendo, ac si Dominum tuum coram oculis tuis haberes patientem, & ita ipse Dominus præsens eris, & accipiet tua vota.

MEDITATIO COMPLETORII.

Primò igitur à completorio est incipiendum. Completorium dici potest, quia in ipso cursus diei completur. Similiter Dominus noster JESUS Christus completo cursu prædicationis, & cœna facta cum discipulis suis, de qua cœna, & de sacratissimo dono sui corporis & sanguine ibi tradito debes frequententer & devotissime cogitare. Cœna in qua illa tam singulariter & gloriosissime celebrata, & lotis discipulorum pedibus, & facto sermone exivit cum discipulis suis in montem Oliveti, ubi capiendus erat, & ab amicis suis separandus, quando complendum erat, quod dixerat Propheta: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Secundò hic cogitabis qualiter dixit Dominus discipulis suis, Surgite etiam hinc: & respondebis ei in spiritu, Domine quo ibimus? & ipse tibi in spiritu respondebit: Ibi mus ad passionem meam, ibimus ad angustiam meam, & ad separationem à vobis, corporaliter in hoc mundo. Et quicumque voluerit venire post me, abneget semetipsum & tollat

crucem suam, & sequatur me. Et tu respondebis, ibo Domine, & ego tecum, & sequar te sicut ad mortem, sicut etiam ad vitam Domine JESU non sinas me à tuo latere separari. Postea cogita, quod dixit discipulis suis: Dormite, vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. & tu respondebis iterum Domino, Domine qui mandasti quod vigilemus & oremus, tu da nobis gratiam ad hæc faciendam, quia licet spiritus promptus sumus, caro autem infirma & tota pigra, & tota somno, cibo & potu plena, nec potest sustinere quòd vix per unam horam perfectè tecum vigilet, tecum oret, ne cadat in tentationem, ita potes ipsum dominum exorare. Respice etiam, qualiter jacebant discipuli dormientes, & qualiter ostendit modum orandi in gestu corporis, & verbo pio, & per angelum ibi apparentem, dicitur enim quod procidit in faciem suam super terram, & oravit ibidem dicens: Pater si fieri potest, transfer calcem hanc à me; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et ecce apparuit illi angelus de celo confortans eum, & in agone prolixius orabat, & factus est sudor ejus tanquam gutta sanguinis decedentes infra. Nota ergo hic omnia verba & modum, ita & tu debes facere, scilicet cadens in faciem tuam non retro videas, sed ea quæ rogas coram te habeas & teneas in mente non retrò, uti in dicendo, & cor alibi tenendo: & quod voluntas præsens sit, & quod non tepidè, sed cum magno labore ores & dolore, sicut Deus fecit; & quod non parum, sed prolixè, & tunc statim videbis, quomodo angelus adierit, qui te adjuvet & confortet, & orationem tuam Deo præteret. Propter exemplum omnium nostrum ille angelus apparuit, confortans dominum: & non semel, sed frequenter est orandum, sicut ipse ostendit per trinam suam orationem, & tu ora pro vivis, pro peccatoribus, pro te & amicis tuis & committis. Considera ergo, quis fuit dolor ille, quando discipuli sui devotissimi abierunt, quando oportuit quod à magistro suo dilecto separarentur, & quam inviti, & quam devoti, & qualiter plorantes, & quales voces, & clamores, & suspiria dantes, sicut orphani ecedebant: perpende quod recedentes dicebant, & magis ter bone & dulcis pater, & benigne Domine, quomodo ita separamur à te, quomodo pater sancte, filij tui fugiunt à te, quo ibimus Domine? Hæc & multa similia dicere poterant, & quoties respiciebant, videntes qualiter Dominus suus ligatus & sine honore trahebatur; & quoties se in terram projiciebant, & ad cælum clamabant. Cogitare potes, si Domina mater sua ibi fuisset, quid fecisset dic in corde tuo, & Domina mea, quomodo non cogitas, qualiter filius tuus dilectissimus vadit; & Domina quam mala, quam amara dies crastina erit tibi, quando audies & videbis tam crudele spectaculum; & Domine JESU, qui omnia potes sustinere, quod non rumpatur præ dolore cum cogitaret; & magister bone agnus innocens, quomodo ibas inter lupos & te mordebant canes pessimi, & non clamabas, sed tanquam agnus innocens ad mortem ibas. Dicitur enim, quod imposuerunt cænam collo tuo, & quod ligaverunt sanctissimas manus tuas, & cum impetu tanquam contra latronem secedentes, & te percutientes duxerunt ad Annam, & postea ad Caipham, ubi erant congregati principes Judæorum, & te expectabant. Bene etiam potes cogitare quam male eum receperunt, & eum sine honore sedere fecerunt fortè in terra viliter coram ipsis. Et tu hæc omnia in spiritu cogitabis & videbis. Hucusque de completorio, circa quod multa cogitabis.

MEDITATIO HORÆ MATUTINALIS.

Hora matutinali excitaberis à somno tuo plenuslachrymis & dolore confectus, propter ea quæ post completorium cogitasti, & tunc meditaberis, & in spiritu videbis, qualiter Dominus tuus sederit inter inimicos, quia derelictus à suis discipulis & amicis. Ecce credo quòd dices, & Domine JESU quomodo sedes ita & tam despectus, & tam in honoratus, ubi sunt discipuli tui & amici? & unicum bonum meum, & gaudium singulare meum & consilium meum! quid faciam, cum te videam ita stare? Dices etiam Joanni, qui etiam præsens erat, & Joannes, quo-

modo

modo stat ita Dominus & magister noster. Cogita qualiter dolebant Petrus & Joannes hac videntes, cogita quando dixit Dominus Jesus Judæis. *Amen dico vobis, videbitis filium hominis sedentem ad dexteram Dei*, qualiter tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens, *Blasphemias*; & qualiter tunc omnes ferè in simul irruerunt, qui circumstantabant super Dominum tuum Jesum. Alij dabant palmas in ierentissimam faciem ejus, alij manu versa percutiebant dulcissimum & mellissimum os ejus, alij in collum ejus sanctissimum, alij spuebant in faciem ejus benignissimam, alij evellebant sanctissimam barbam ejus, alij per suos capillos venerabiles ipsam trahebant, & sicut exilium inter pedes calcabant Dominum tuum, & Dominum angelorum male tractabant sine reverentia & sine aliqua pietate. Et sic Jesus exhibuit seipsum unicuique pro vobis. Cum n. essent crudelissimi & sine misericordia, omnia mala & vituperia quæ poterant, faciebant ei; alij ut placerent majoribus, qui erant immanissimi. Quid ergo tu facies, si hæc videris, nunquid proieceres te super Dominum tuum, & diceres: Nolite jam, nolite facere tantum malum Domino meo; Ecce me, facite mihi, & Domino meo tantas injurias non irrogeris. Et tunc amplexaberis flexis genibus Dominum tuum, & magistrum tuum, & suscipies libenter super te percussiones. Cogita qualiter Judæi vadunt ad dormiendum, & Dominus tuus dilectus relinquitur ligatus. Postea fatigati principes Judæorum, & miseri sunt iniquitatis & ceteri vadunt ad dormiendum, & Dominus relinquitur ligatus cum custodibus, & fortassis penitus in uno angulo domus separatus, afflictus nimio frigore & labore, quia hiems erat, & maxime noctes longæ nimis. Tu ergo ibis ad eum, & sedebis ad pedes, dolens & lugens, & tunc devotissime osculaberis manus & pedes ejus venerabiles, & vincula illa diversissima, & dices: ô Domine saltem requiescat caput tuum sanctissimum super humerum meum, ex quo te non possum liberare. Et tunc recommendabis te ei devotissime, & omnes amicos tuos, & totum absque dubio concedit tibi, quicquid rogaveris & petieris ab eo, & dices ei quod in crastinum nunciabis matri ejus dignissima, & sic ad pedes ejus sanctissimos & beatissimos vel juxta pectus ejus gloriosissimum aliquantulum dormitabis & quiesces, & tum dormire potes in tali statu videns Dominum tuum.

MEDITATIO HORÆ PRIMÆ.

Hora prima corde doloroso & mesto meditareris, qualiter mane factu conveniret Judæi ad consilium suum, & duci ut ibi afflictus nimis Dominus tuus dilectus Jesus: cum autem volunt eum de domo ducere, dicentes, ut xltimo, *Surge, surge Jesu, quid facis, dormis, an non? quia principes, & sacerdotes mandant, quod ducaris ad consilium, ubi te expectant cum populo, volentes te dare Pilato, tu autem cogites ad hæc te esse cum ipso & dices, Heu Domine mi, heu magister bone, quia jam te volunt tradere morti; ô Domine quam crudeles, quam dolorosi rumores! ô Domine quam lugubrem visionem videbit mater tua dulcissima, quam amaros rumores audiet, tam ipsa quam omnes qui te diligunt! ô Domine, quid miser ego faciam? ibo tecum Domine, vel ibo nunciare Domina mea dignissima matri tue, ut veniat ad te, postea videbis quomodo intrat afflictus & ligatus. Omnes respiciunt in eum resurgentes ei, ô Jesu hies, quomodo si propheta eras non providebas ista? Talia & multa similia poterant ei dicere illi maledicti. Si autem aliam viam volueris tenere, cogitabis sic audies sic dici, quod Jesus captus tenetur a Judæis, & tunc veniens videbis eum ligatum cadens ante ipsum & plorans, & formans verba tui doloris. Postea audies ibi falsa testimonia contra eum, & principem sacerdotum dicentem & querentem, Si es Christus filius Dei benedicti? & audies Dominum mansuetissimè respondentem, *Tu dixisti*. Et illud verbum quod supradictum est, *Anno videbitis filium hominis*, &c. quam responsum ipsi reputantes blasphemiam, fecerunt ut*

xltimo sicut prius fecerant. Considera etiam quomodo postea duxerint eum ad Pilatum, manibus post tergum ligatis vel ante, & ut dicitur catenam in collo ejus, quæ postea ostendebatur in Hierusalem peregrinis pro magna devotione, quæ submittabatur in ea colla, & propterea in hac hora convenit populus ad confitendum & laudandum Dominum, quia ipse est iudex vivorum & mortuorum, quam damnandi Judæi in hac hora perire concesserunt.

MEDITATIO AD TERTIAM.

Hora tertia cogitabis mestus & tristis, qualiter audis jam per omnes plateas Hierusalem, quod Dominus tuus tenetur captus, & quomodo volunt eum crucifigere. Et quomodo audiens hæc dolorosa mater, ducta cum inestimabili lamento, & fletu, & plangitu à senioribus suis quasi mortua, & venit ad videndum filium suum sic afflictum, sic ligatum, sic conpictum, & omni solatio & auxilio destitutum, à discipulis atque omnibus derelictum, nec se in aliquo excusantem; & ipse Jesus videt eam in terra prostratam & exanimem, & sorores, & alios qui secum venerant. Quis putas dolor fuit obsecro? urique cogita tantam si potes, amaritudinem, si piam habes animam: ô bone Jesu, ô bone Domine, ubique & semper tibi dolor multiplicabatur; Do'rem enim matris tuæ tibi reputabatur. Postremò mittitur ad Herodem, & sic concursus populorum magnus sequentium ipsum, ô Domina qualiter ibas, vel quis te juvabat ire? certe exemplum eras doloris omnibus amantibus Christum. Tu autem charissime cogita quam libenter juvares & associares eam sic tristem & melitam, & postea vide qualiter interrogabatur eum Herodes, & non vult ei Dominus loqui, sed stat sicut agnus mansuetus coram eo ligatus, & quomodo illi fuit eum Herodes cum exercitu suo, & remisit eum ad Pilatum. Postea cogita quomodo habebat illos suos pedes sanctissimos contractos, quia cum maxima festinatione duxerant eum, & reduxerant: nec credas quod esset calceatus, quia nec ipse, nec discipuli ejus calceamentis utebantur. Postea cogita qualiter reductus ad Pilatum denudatur & ligatur ad columnam, & quam immanissime flagellatur, & ejus latus candidissimum sanguine ejus roseo rubricatur, & qualiter impunitur corona spinea super reverendissimum caput ejus, & sanguis ejus fluit per genas ejus: postea circumdatur pallio rubeo, & ponitur arundo in manu ejus ad desitionem & confusionem, & sic paratum facit eum Pilatus exire ad Judæos, qui non clamant intus propter festum, & tunc clamaverunt illi diaboli filij, *Tolle, tolle, crucifige eum*. Hæc omnia possunt te excitare ad dolorem, si attente, & spatiose, & frequenter cogitaveris; & tunc exclamabis, ô bone Domine quomodo tu denudaris, qui nudos vestire soles? quomodo tu ligaris, qui ligatos à demonibus ab infirmitatibus detentos liberas? & sic per singula cogita, quomodo stetebant gentia coram eo, & percutiebant caput ejus arundine, & dixerunt, *Ave Rex Judæorum*; ô Deus pater qualiter sustines tantum opprobrium, tantum vituperium filio tuo dilecto fieri! ô si omnibus qui ad te clamant devote, misericors es, cur Domino meo dilectissimo filio tuo tam crudelis videris! Quare non sustines angelos tuos cavere Dominum suum, quare sic vis eum ab hominibus impijs pati tormentum! ô Domina quid tu faciebas cum hoc vi lebas quid dicebas obsecro, nomina, indica anima mea, vel potius fac sentire, quia non possum sicut desidero sentire, fac me sentire propter amorem dilectissimi filij tui dilecta Domina mea. Tandem Pilatus dedit sententiam crudelissimam ut crucifigeretur. Cogita quantum clamaverunt amici ejus, quando illam sententiam audiverunt. Deinde ponunt crucem super humeros ejus, ut portet ipsam. Certe charissime benefices, si juvares Dominum tuum, & dices: Date obsecro crucem Domini mei, & portabo eam; ô Domina mea, credo quod tu libenter portares eam, si posses, ô quam tristes, quam dolentes, quam clamantes, quam plorantes ibant sancte mulieres, susti-

nenes Dominam meam matrem ejus, non valentem se sustinere. Ad quas convertit Dominus Jesus ait: *Filie Hierusalem nolite flere super me, sed super vos & filios vestros, quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beate steriles, & ventres qui non germinent, & ubera quae non lactaverunt. Tunc incipient monibus dicere, Cadite super nos, & collibus, Operite nos, quia si viridi ligno haec faciunt, arido quid fiet? Certè Domine Jesu verum est, quia si tu arbor sancta lignum fructuosum & benedictum tantum pateris, & ramis tuis spoliaris, quid erit de nobis miseris, qui sumus lignum siccum, & aptum pro igne.*

MEDITATIO HORAE SEXTAE.

Hora sexta cogitabis dolens & tristis haec omnia quae dicam tibi, cogita quod usque ad locum Calvariae populus clamans venit, & tunc tibi videntibus omnibus expoliatur suis vestibus, & cum maximo dolore, quia vestis interior adhærebat ei fortiter propter sanguinem flagellationis, & tunc apparuit corpus ejus tam eleganter figuratum torum cruentatum; & quantus dolor tibi erat mater sanctissima, cum aspiceres illa! Deinde parata cruce dicunt ei, Ascende Jesu, ascende; & quam libenter ascendit, & quanto amore illa omnia pro nobis sustinuit, & quanta patientia, & quanta mansuetudo! & Domine sancte pater, quantum in ipsius obedientia delectabar, sic totus nudus in cruce elevatur & extenditur. Sed mater ejus amantissima velum suum, quod habebat in capite suo, posuit circa eum plena anxietate, & involvit locum verecundum, & quanta voces & ululatus tristes audiuntur ibi ab amicis suis, & precipue à matre ipsius mostissima, quando sic crudeliter elevatur, extenditur, & toto sacro corpore distenditur & dissipatur. Et statim cum clavi grossissimi immittuntur, sanguis incipit manare, & per crucem fluere usque ad terram. Considera qualiter ipse est exaltatus, sicut praedixerat: *Operiet exaltari filium hominis, &c.* Et sicut Moyses, &c. Et qualiter mordebantur à serpente, inspiciente sanabantur. Si contra morsum & tentationem Diaboli non est medicina tam bona, sicut in cruce pro nobis passum aspiciere. Videbis etiam Dominum Deum tuum stantem super solum excelsum & paratum ad judicandum, & ideo duos homines posuit hinc inde: unus salvatur, alter damnatur. Videbis etiam Christum, qui est pontifex futurorum bonorum qualiter ex ignis manibus confert hostiam puram, scilicet carnem suam pretiosam pro nobis super altare, &c. Videbis etiam magistrum tuum qualiter stat in alto, & praedicat tibi septem verba in cruce pendens, quae breviter tibi notifico, & ea devotè pertracta.

1. Primò dixit pro crucifigentibus, *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*; sic illicet bonum mihi, & malum sibi; re vera ita est, quia qui mala facit, nescit quantam incurrit sibi, & quantam coronam alteri.

2. Secundò dixit latroni *Hodie mecum eris in paradiso*: & verè hodie & quotidie ita accidit, quia qui devotè confitetur peccata sua, & benedictum cum Domino est in paradiso per gratiam, & postea erit per gloriam; vel est in paradiso, id est in quadam requie & securitate conscientiae suae.

3. Tertio commendavit matrem solatio destitutam, matrem & quasi morientem discipulo, & discipulum matri dicens, *Mulier ecce filius tuus*; deinde dixit discipulo, *Ecce mater tua*. In hac recommendatione non solum intelligimus Joannem, sed totam Christi Ecclesiam, & quamlibet fidelem animam commendatam beatae virginis, ut ipsa nos habeat in filios diligendos, & bonum nostrum procurando materno affectu, & nos habeat in matrem dulcissimam semper amando, & post Deum honorando. Unde sicut fuit necessaria passio Domini ad salvandum, ita necessaria fuit haec recommendatio ad adiutorium nostrum, & propterea securè credendum est ad eam pro quacunque necessitate & utilitate.

4. Quarto loco dixit, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me*; ut ostenderet magnitudinem suae poenae. Sic enim graviter dolebat, ac si non Dei filius, sed inimicus Dei esset. Caro Christi adeo derelicta esse videbatur, nullum refri-

gerium recipiens vel juvamen, & tamen pro bono nostro ipsemet voluit transire, & sic sustinebat; ut nos aliquando suo exemplo taliter patiamur, ac derelicti videamur à Deo: sive quando Dominus nos vult probare, vel nosmet velimus nobis etiam aliquas poenas inferri, ut licet Domino nostro conformemur in poena, ut eidem possimus conformari in gloria.

5. Quintò dixit, *Sitio & dederunt ei potum, acetum cum sale mixtum*, sicut praedixerat propheta dicendo: *Et dederunt in escam meam fel, potaverunt me aceto*. Ecce qualis cana dabatur Domino nostro, hora erat jam cenandi: sed praebore & dolore non petijt aliud pro cena, nec potum, & ad literam sustinere potes, quod multum sitiebat, & filij Diaboli dederunt ei fel pro cibo, & acetum pro potu; & miseris nos! quid faciemus, quod aliter cenare, & potare aliter velimus, & delicias quaerimus. Certè si mille annis vivere homo, & quoties ruminaret in pane & aqua, non posset sufficienter compensare cenam illam veraciter; qui potest capere capiat: quia durus est hic sermo pro carnalibus; & ideo non sapiunt, id est non sequuntur cum sapore quae Dei sunt, & amittunt consolationes internas.

6. Sextò dixit, *Consummatus est*, id est, omne opus meum quod in mundo debui facere, & etiam omnis poena, & omnis pugna consummata & perfecta est, tempus quoque quo inter homines esse debui ad honorem Dei patris, & ad utilitatem fidelium completum est.

MEDITATIO HORAE NONAE.

Hora nona cogitabis mente lugubri & devota, si piam habes animam, qualiter Dominus tuus amantissimus & omni gratitudine acceptissimus appropinquaverit morti, & incipit deprimere oculos & pallefcere, & incipit inclinare caput versus matrem suam, quasi dans ei ultimum ave. Ave doloris & omnino desolationis, quod non poterat ore & verbo exprimere praeter nimiam passionem & insustimabilem dolore, & quasi commendans corpus suum tam crudeliter solum & dissipatum, quo facto conclusit dicens ultimum verbum & septimum, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hoc dicens expiravit*. Nota quod Christus post mortem etiam sanguinem effudit, idcirco ut pro poena quam homo post mortem meruit satisfaceret, & etiam per suum sanguinem ipsam poenam brevaret. Certè satis potes intelligere quando verbum dicendo vidit eum mater sua morientem, & se derelinqui in mundo in tanto dolore & anxietate, clamat tandem, si loqui potuit & dicit: *Fili dulcissime, quid facie haec misera & mostissima, cui me miseram commendatam relinquis filii mi dulcissime. Memento mei, & omnis familiae tuae, quam se desolatam dimittis; memento omnium qui tibi servant filii mi, in manus tuas & patris tui commendo me ipsam & totam familiam tuam; & pater sancte Deus, & pater in manus tuas commendo filium meum, imò & Dominum meum, in quantum possum, & non in quantum debeo: quia non possum, quia deficio, & hoc desidero ante filium in conspectu tuo mori. Talia dicens, & sustinere non valens, sustinuit corrui in faciem suam super terram; & considera quanto dolore plorabant omnes amici ejus, quia & hi, qui cum ipso nihil habere videbantur, tantum dolebant, sicut Centurio & alij qui venerant ad videndum, percutiebant pedora sua, revertebantur, dicentes: *Verè hic homo justus erat, & verè filius Dei erat iste*. Post haec septem verba possumus facere exclamationes nostras modò tenendo partem Domini nostri contra Judaeos, modò compariendo Domino nostro, modo matri ejus, modo nobis miseris, & in fine cujuslibet verbi praedictorum, quae dixit in cruce, facere orationem.*

360

MEDITATIO HORAE VESPERTINAE.

Hora vespertina veniens devotis gressibus & spiritua-
libus incessibus ad dependendum Dominum de cruce,
plangendum illum cum matre sua benedicta, & ad lavan-
dum lachrymis corpus ejus sanctissimum, sanguine asper-
sum, & ad unguendum eum unguentis orationis, & ad
portandum brachij charitativæ & humilis operationis, &
ad sepeliendum cum bonis aromatibus, & bona conversa-
tione, & bonis doctrinis, & exemplis, & lamentis, & plan-
ctibus, & cooperies sub pavimento conscientiae tuae amo-
ris & devotionis, & sedebis ibi juxta eum ad monumen-
tum ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit & reg-
nat in secula seculorum, Amen.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI DE REME- dijs Peccatorum.

P R A E F A T I O.

DE remedijs peccatorum paucissima hæc quæ
sequuntur, ex priorum monumentis excerpti-
mus: in quibus tamen omnibus non autori-
tate censoris, sed consilio potius compati-
entis usi sumus, soleret admonentes doctum
quemque sacerdotem Christi, ut in universis quæ hic adno-
tata reperit, sexum, ætatem, conditionem, statum, perso-
nam, cujusque penitentiam agere volentis, ipsum quo-
que cor penitentis curiosè discernat, & secundum hæc ut
sibi visum fuerit, singula quæque iudicet. Quibusdam nam-
que à cibis abstinendo, nonnullis genæ sapius flectendo,
sive in cruce stando, aut aliud aliquid hujusmodi, quod ad
purgationem peccatorum pertineat, faciendo: plurimis
universa hæc agendo, sua necesse est errata corrigere: quæ
universa in examine discreti debent pendere iudicis.

EXCERPTVM DE CANONIBVS CATHOLICORVM
patrum, vel penitentia ad remedium animarum
Domini Agberti Archiepiscopi.

Institutio illa sancta, quæ fiebat in diebus patrum no-
strorum, rectas vias nunquam deseruit, qui instituerunt
penitentibus atque lagentibus suas passiones ad vera me-
dicamenta salutis: quia diversitas culparum diversitatem
facit penitentibus medicamentum, vel sicut medici cor-
porum diversâ medicamina vel portiones solent facere
contra diversitatem infirmitatum, vel iudices secularium
causarum. Diversa igitur iudicia, qui boni sunt & recti,
pensant & tractant quomodo rectè iudicent inter miseros
& divites, inter causam & causam. Quotò magis igitur
ô sacerdotes Dei, diversâ medicamenta animarum invis-
bilibus hominibus pensare & tractare oporteat, ne per
stultum medicum vulnera animarum fiant pejora, Pro-
pheta dicente: *Computruerunt & deterioraverunt cicatrices
meæ à facie insipientia meæ.* O stulte medicæ, noli decipere
animam tuam, & illius ne duplicem poenam accipies vel
septupla vel milena. Audi Christum dicentem, *Si cæcus ca-
cum duxerit, ambo cadent in foveam.* Si tu non cogitas iudi-
cium meum, alter homo non audit neque videt, qui me iu-
dicet; ô non intelligis, quia Deus iudex iustus & fortis vi-
det & audit, & in palam abscondita deducit & reddit se-
cundum opera: & item verè sunt nonnulli cæcorum, casum
similitudine currentium ad cadavera mortuorum, vel cor-
vorum volantium, qui ad sacerdotium vehuntur, qui non
propter Dominum, sed plus propter honorem terrenum
inhiantes cæci divina sapientia. De talibus dixit Gregorius
Nazianzenus: *Timeo hoc quod canes affectantur officium pasto-*

*rale, maxime cum in semetipsis nihil pastorali præparaverint
disciplina.* Ezechiel namque ait, *Ve pastoribus israel, qui pa-
scebant semetipsos & non ovem: lac bibebant, & lanis eorum
aperiebantur, & quod crassum fuit manducabant, quod stratum
fuit non alligabant, &c.* Item Ezechiel ait: *Ve sacerdotibus qui
comedunt populi mei peccata, hoc est, sibi eorum lumentes vi-
ctimas, & non orantes pro eis. Comedentes hostias & non
corripientes: qui ubi morituros homines audiunt, inde
gaudentes, & præparant se ad prædam quasi corvi ad cada-
vera mortuorum. Nunc ergo fratres, qui voluerit sacerdo-
talem auctoritatem accipere, in primis cogitet propter
Deum, & præparet arma ejus antequam manus Episcopi
tangat caput, id est, psalterium, lectionarium, antiphona-
rium, missa e, baptisterium, martyrologium, in anno circuli
ad prædicationem cum bonis operibus & computum
cum cyclo, hoc est jus sacerdotum. Postea autem dum
penitentialem, qui hoc ordine secundum auctoritatem
canonum ordinatur, ut discretionem omnium causarum
investiget. Primitus sine quibus rectè iudicium non po-
test stare, quia scriptum est: In nulla te appareas indiscre-
tus, sed distingue quid, ubi, quamdiu, quando, qualiter de-
beas facere. Non omnibus ergo in una eademque libra
pensandum est, licet in uno contringantur vitio: sed di-
cretio sit unoquoque eorum, hoc est inter divitem & pau-
perem, liberum servum, infantem puerum, juvenem ado-
lescentem, ætate senem, hebetem gnarum, laicum cleri-
cum, Monachum Episcopum, presbyterum diaconum,
subdiaconum lectorem: in gradu vel sine, in conjugio vel
sine, peregrinum, virginem feminam, canonicam vel san-
ctimoniam, debilem infirmum sanum. De qualitate pec-
catorum vel hominum, continens vel incontinens, volun-
tate vel in casu, in publico vel in abscondito, quasi com-
punctione emendat necessitate vel in voluntate, loca &
tempora collationum consuetuerunt sancti Apostoli. Deinde
sancti patres, & sanctus Penuus. Deinde canones san-
ctorum patrum, deinde alij atque alij: ut Hieronymus &
Augustinus & Gregorius & Theodorus. Ex quorum om-
nium ista descripsimus actus & sententijs veraciter, ut salvi
sint omnes & non pusillanimes, quia potentes potenter tor-
ment a patientum. Item in Jesu filij Sirach, in iudicando esto mi-
sericors, passivus ut pater, & pro viro matri illorum. Item sanctus
Jacobus dixit: *Iudicium sine misericordia erit illi, qui non facit
misericordiam, superexalta: autem misericordia iudicium,*
ut idem ipse consequatur: ut sanctus Benedictus; hoc est,
qui veram penitentiam faciunt in jejuniis & fletu, in eleē-
mosynis, in orationibus & perpetrata iterum non faciunt:
& si faciunt, tamen non perseverant in eis; quia Deus
dixit: *Malum erigit, ignovi: malum dixisti, ignovi: malum feci-
sti, ignovi: perseverare in malo, non ignosco.* Ergo qui perseve-
rant in malo, non ignosce, sed iudica iudicium districum
secundum canones, ut alij timorem habeant.*

DE FORNICATIONE.

Adolecens si cum virgine peccaverit, annum unum pæ-
niteat. Si semel & fortuito, levietur, & tamen usque
ad annum plenum. Si intra xx. annos puella adolescens,
tres quadragesimas & ferias legitimas. Si propter hoc
peccatum servitio humano addicti sunt, xl. dies: si nitens
tantum, & non coinquatus. xx. dies peniteat. Si vidua
obstuprata animum totum, & dies jejuniorum in altero: si
usque ad generatum filij, annos duos integros, & duos alios
levius. Si & occiderint, annos tres & alios quatuor levius.
Si Monachus laicam, tres annos peniteat. Illa ij. & legi-
timas ferias. Si Monachus laicus, ij. annos peniteat, &
legitimas ferias. Illa tres. Si usque ad generatum filium,
annos iv. si & occiderint, vij. annos peniteat. Si quis va-
cans uxorem alterius polluit, ij. annos peniteat. Si uxora-
tus virginem, similiter, ita ut primo horum à sua contineat.
Si ei confenserit, alioquin addatur modus penitentia. Si
uxoratus uxorem alterius, iij. annos peniteat. Primo ho-
rum à propria conscientia abstinere. Si uxoratus ancillam
suam annum j. peniteat, & ij. quadragesimas, & legit. ser-
tribus mensibus primis, & à sua se contineat. Illa si invita